



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-764435-p0001-3

DFG



24

P. 1. 19.  
P. 1. num. 20.

10

DE  
**INTERPRETATIONE  
PACIS WESTFALICAE**  
COMMENTATIO I  
**ORATIONI ADITIALI**

A. D. XIII. APRILIS A. C. CCCCCLXXI

HAB

P R A E M I S S A

A

1771, 1

D. CAR. HENRICO GEISLERO

CONS. PRINC. AVL. ET PROF. IVRIS PVBLICI

---

ERLANGAE  
EX OFFICINA WALTHERIA



INTERPRETATIONE  
PGIS AESTHETICAE

GRATIANI ADITI

D. G. HENRICO CRISTERO

CONTRIBUTORI ET CENSORES

EDWARDUS MARY

FRANCISUS MARSHALL

JOHN WALTERS

**P**ostequam diu incertus fueram de argumēto prolusionis adi-  
tialis, delapsus tandem casū in libellum quemdam BANNIZAR  
de subſidio interpretationis doctrinalis Pacis religioſae et West-  
falicae (Wurceb. 1741. 4.) recordatusque ex ſuperiore eius lectione  
rationem, ſententias et praecepta viri non indocti hoc caput po-  
tiffimum tractare conſtitui. Qua ex re facile intelligitur, me hoc  
loco non dictum de interpretatione authentica, quam ſi adcu-  
rate confideraueris, ne interpretationem quidem, ſed legiſlationem  
dixeris. Redeunt enim omnia ad doctrinale illud et artificiosum  
genus interpretandi, de quo lubet breuiter oſtendere, quibus et  
dotibus ingenii et praefidiis doctrinae interpretem Pacis Westfa-  
licae iuſtructum, quemque in interpretando modum maxime tene-  
ri velim.

Nec vero quaeram magnopere, an de hac pace quidquam  
commentari liceat. Hoc enim relinquam iis, quibus etiamnum pot-  
estatem potius, quam neceſſitatem iuri publici docendi multis mo-  
dis demonſtrare volupe eſt. Ea quidem, quae I. P. Art. V. §. 50.  
cauta ſunt, ad ſolas calumnias, vt HOFMANNVS de rat. interpret.  
leges imp. R. G. c. III. §. 3. ſqq. dudum demonſtravit, peruersam  
que ac malitiosam eius interpretationem perteſt, atque eo qui-  
dem sapientius conſtituta ſunt, quo citius olim Euangelicos ex  
LEHMANNO de pac relig. lib. II. p. 82. nouimus de eiusmodi  
non interpretatione, ſed deprauatione pacis religioſae queri coe-  
piffe, quoue magis multi hac opinione imbuti ſunt, vt litterarum  
cauſa omnia perhiberi, dici et ſcribi poſſe credant Ceterum  
tamen nemo nunc amplius ſcriperit, quod olim scriptum fuiffe  
To. II. ACT. PAC. p. 560. reperio: *Catholischen theils ſind ſehr*

■■■■■

wenig, die etwan durch Scripta dazu (nempe ad dissidia) provo-  
cirt, oder zu Bebuff und defension iherer Herrschaften und Superio-  
ren geschrieben, dagegen aber an Seiten der Protestirenden sich nicht  
eine geringe Anzahl befinden, welche de iure publico, sonderlich über  
den Religions-Frieden schreiben und glossiren, denselben nach ihren  
Sinn auslegen, und damit ihre Schriften und Bücher anfüllen, sol-  
che vornehmen und bohren Ständen des Reichs dediciren, da ihnen  
doch die arcana Imperii, die Reichs-Acta und Protocolla entweder  
gar nicht, oder doch wenigern theils bekannt, die auch dabej nicht  
erkommen, und vwohl sellfzen geständig sijn, daß sie dergleichen  
Documenten in Mangel gesstanden, derentwegen keine Experienz ha-  
ben, und sich etwan bloß auf börensagen berußen, ja sogar sub  
prætextu laureae doctoralis, ihnen die licentiam dergleichen Sanctio-  
nes zu interpretiren beymessen etc. Nam rite explicare pacis for-  
mulam non modo licet, sed opus adeo quam maxime videtur,  
cum vel sola tabularum inspectio ostendat ac MOSERVS etiam  
Vir Perill. von Teutschbl. c. XXI. §. 21. multis auctoritatibus con-  
firmauerit, magnam passim esse rerum ac verborum obscuritatem,  
vt sine explanatione interpretum fere intelligi nequeant.

Nec mira admodum obscuritas ista sanctissimae et aeternae  
legis, quae non ab vno, sed a pluribus longe discrepantis ingenii  
ac doctrinae hominibus, collatis quasi ac varie interpolatis sym-  
bolis, incredibili difficultate ac labore perscripta fuit. Common-  
strauit hoc et ad hunc obscuritatis fontem digitum quasi intendit  
ipse Salvius, anima, vt vocabatur, legationis Suecicae in pacifica-  
tione Westfalica. Nam cum Gabriel Oxenstierna, adolescentulus  
tum, ex moribus illius aetatis, a quibus hei! quantum defecimus,  
et proprio gentis bono latine bene sciens, diuersitatem orationis  
in

in formula pacis miratus esset caussamque rei quaesiuisse: auctore Iobo Ludolfo in MICHAELIS Commér. epist. inter Ludolf. et Leibn. p. 20. vel Bioernclouio potius, Secretario Suecico in illa pacificatione, a quo quidem ille se haec accepisse scribit, Saluius respondit: *rem melius comparari non posse, quam cum caseo Suecico (Plökoßt, Sammelkäße).* Etenim certo anni tempore lac concretum a parochianis vicatim habitantibus in parochi aedes congeri et in magno caldario confundi et postea exprimi, qui post aliquod tempus dissectus alibi flauus, alibi caeruleus, alibi vividis adpareat atque diuersissimi saporis sit. Ita se babere instrumentum pacis. Quemlibet enim ex Qrdinibus, pro suo modo suōque filo, scbedulas inserendas ad Legatos misse, quas illi sine alia censura inseruerint. Magna quoque pars obscuritatis oritur ex breuitate, qua in pacificando necessario vtendum erat, quo magis deinde capita vniuersae scripta ad caußas omnes singulares applicari possent. Sed saepenumero etiam, quod in multis aliis eiusmodi legibus scribendis fieri nouimus, Legati de consilio adhibuerunt latebram obscuritatis, vt, quemadmodum in Conuentu Deputatorum Francofurtano Legatus ab Electore Saxoniae auctore HENNICESIO in Medit. ad I. P. p. 498. fassus est, pax tantum coalesceret, sed secundum quemque deinceps explicari posset.

Neque id tamen vlo modo dictum sit ad stabiliendam arbitriam aliquam interpretationem pacis, sic vt exinde quisque pro arbitratu et commodo suo, inuitis et repugnantibus aliis, agere queat. Egregia enim ac verissima vox est LVDOLFI To. III. Obsf. forr. p. 194. *se obscuriora sunt verba legis et interpretationem postulant, tunc certe ipsa ratio dicitur, quod nemo in tenebris progreedi et in dubio innovationes suscipere, sed potius decisionem ab*

a 3

Impe-

■ ■ ■

Imperatore et Imperio exspectare debeat, antequam noua facta atten-  
tet, statumque pristinum mutet. Omnes leges corruerent, si ob piae-  
tatem earundem dubietatem cuius pro lubitu et prout eius commo-  
da suadent, earum interpretationem suscipere liceat. Vnde adparet,  
eiusmodi caussas redire ad Comitia et transactionem diuersarum  
partiem, de qua si aut omnino aut intra iustum ac legitimum  
tempus perfici nihil possit, satis etiam constat, quid ex legibus fieri  
queat et debeat. Multo igitur minus per hanc obscuritatem ex-  
cusantur illae, quas commemorauit, calumniae interpretum. Nam  
ut eiudem LVDOLFI in iur. camer. p. 48. verbis utar, in lege  
imperii pragmatica exprimi potuisse casus nonnullos distinctius, negari  
non potest. Quodsi tamen ex quacumque in imperio exorta disputa-  
tione aut priuata I. P. interpretatione ipsius legis incertitudinem et  
obscuritatem pro ratione allegare solet licitum et sententiam huius  
illiusque caussae suae inferantem sequi contra expressam sanctionem  
Art. V. §. 50. facile est intellectu, nihil plane in legibus certum fu-  
turum, sed omnia regulae cereae similia, quod absit, ut in mentem  
veniat, nedum in sermones profidentium iurisprudentiam veram, non  
simulatam. Neque etiam dubito suo modo hac transferre, quod  
de pace religiosa aliquando Catholicos apud LEHMANNVM lib. II.  
p. 109. scripsisse reperio: die disposition berübrtes Religion-Friedens  
(wer denselben anders im rechten Verstand zu vollzichen bedacht)  
ist ziemlich also lauter und klar, daß Cammer-Richter und Bey-  
sitzer den anruffenden Partheyen davauf förderliche und ungesühnte  
Iustitien und Hülf des Rechtens wohl mitzuteilen, oder im Fall je  
ein casus oder mehr dermassen zweifelhaft und disputirlich fürspole,  
dass derselbe sich ersten Ansehens aus den ermeldten Religion-Frieden  
nicht wollte decidire lassen, dennoch sie Cammer-Richter und Bey-  
sitzer.

sitzer, als rechtsverständige, unparteyische, Ehrliebende Leute, die von beydertheil Religion und Conf. Verwandten gezeigt seyn, mit destoweniger den gemeinen Verstand, der den gemeinen beschriebenen Rechten auch aller natürlichen Erbarkeit, Billigkeit und menschlicher Vernunft gemäß, daraus schöppen und sich demselben nash in Verfassung ihrer Decreten und Urtheilen aller Gebühr wohl zu erzeigen haben und wissen.

Vnde etiam subintelligi potest, quam vim habeat illud genus interpretandi in agendis rebus indicandisque litibus. Evidem non nego in explicanda huius pacis formula nonnumquam fieri posse, vt locum habeat effatum illud Legatorum Saxoniorum apud PFANNERVM in hist. pac. lib. II. §. 106. p. 369. reliquas lites eius momenti septenuiro non videri, vt iustum belli in patriae excidium continuandi caussam suppeditent, Scholarum disceptationi aptas. Sed vt non dicam consilio nonnumquam de quibusdam caussis ita iudicari, pertinet hoc ad quaestiones vanas et inanis, quas in scholis subinde cum fastu et adrogantia proponi et quasi salus Europae inde pendeat, feruentibus animis disceptari audias. Haurum quidem nullus est in rebus ipsis usus: ceterum tamen in iudiciis atque rerum ad cognitionem et intelligentiam pacis quotidie redeunt quamplurimae controversiae, quae hincinde incident. Lubet hac de re adponere, quae Euangelici quondam per occasionem litis de Directorio Circuli Rhenani superioris apud HENNIGESIVM in Medd. ad I. P. p. 1366. scripsisse leguntur: es bezichen sich alle Tag in tribunatibus summis et inferioribus bohe und niedere Reichs-Stände und privati auf den Westphälischen Friedens-Schluß und das I. P. ist eben darum da, daß man sich darauf beziehen und sein Recht aus demselben nehmen solle. Man weiß, daß interpretatio legis alia doctrinalis, alia authentica ist. Wissen die einen von keiner

Ver-

■ ■ ■

*Verordnung des I. P. so wollen die andern davon etwas wissen, und  
solcher Gestalten unterziehen sich beede Theil auf gewisse Wiss einer  
interpretation des I. P. Dann derjenige, welcher vorgiebt, dieses oder  
jenes stehe nicht in lege, sey auch darinnen nicht begründet, interpretire  
solchen legem eben sowohl als der ander, der das contrarium behauptet,  
kann man hierüber nicht eines werden, so muß es freylich am Ende ad  
interpretationem authenticam ankommen, es ist aber bekannt, wo die  
Sache bingehöre etc.*

Atqui satis constat, quam cupide homines commodas interpretationes amplecti soleant, quamque funestam ac pestiferam facem multi olim explicanda pace religiosa bello tricennali praetulerint, adeo ut in pacificatione Westfalica grauissimae de iis haberentur querele, ac ne aliis auctoratibus yrar, Langebecius in primis To. IV ACT. PAC. p. 73. non repugnante, sed consentiente potius Trautmannsdorio, Legato Augustali, famosa illa opera *Judicii theologici et Compositionis pacis vera belli classica esse iudicaret.* Itaque quam legem historicis vulgo ferunt, eam sibi interpres P. W. ipse scribat, vt sit velut sine deo, principe, patria, (*sans religion, sans souverain et sans patrie*) catus quidem, modestus et verecundus, at metuens tamen, vt de se miles ille (*le Chevalier Bayard, surnommé sans peur et sans reproche*) gloriari solebat, nihil, nec quidquam vituperabilis. Breuiter, infigat memoriae atque in commentando ante oculos semper habeat verba TREVERT de caut. in tract. iur. publ. p. 8. sq. *amicus Caesar, amicus princeps et ciuius imperit, sed magis amica veritas.* Non sis Guelpus, non Gibellinus: non Caesarinus, non Statisticus: non Churfürstenerius, non Fürstenerius: non Catholicus, non Euangelicus: non Laicus, non Clericus, sed omnia, si id veritas requirat.

Inpri-

■ ■ ■

In primis igitur caueat, ne maiestatem Imperatoris ac iura Ordinum nimis aut amplificando extollat, aut imminuendo deprimat, sed medium quemdam ingrediatur modum, quem neutram in partem excedat. Quae cautio et si nuspia est negligenda, potissimum tamen in explicando inclito illo et quem paſſim perpetuo in ore habere solent, Art. VIII. adhiberi debet, quo licet, tamquam palladio aliquo, tutu sit ac firma potest: Ordinum imperii, nequamquam tamen, quemadmodum TREVERVS maxime in Monstr. arbitr. iur. territ. §. 13. sqq. et contra furores illos Carrachianos SVNDERMAHLERV in Opusc. p. 447. sqq. satis demonstrarunt, ad arbitrium eorum confertur. Sed praeterea etiam curet summo studio et opere, ne quid in interpretando caritati facrorum tribuat, aut animum adeo captum et obcaecatum religionibus ad hoc institutum adferat. Facile, fateor, est hoc praecipere; sed longe difficultimum exsequi. Ea est enim ingenii humani ratio, vt, quibus deditus sis sacris, ea potissimum ames, iis potissimum faueas, pacisque et pangendis et interpretandis prodeſſe cupias. Norat hoc egregie HENNIGESIVS, atque in Meditt. ad I. P. p. 798. ipſe admonebat, sed nihil tamen fecius ab hac imbecillitate non plane immunis semper fuisse videtur, ostenditque adeo scribendi faltem genere, etiam id non agenti aut opinanti temere de aliis elabi et excidere posse, quae diuersitatem facrorum prodere videantur. Quo magis igitur interpreti cauendum est, vt ne BVCKISCHII forte aut aliorum complurium exemplo capita et verba pacis in commoda vnius religionis cum detrimento et iniuria alterius data velut opera detorqueat, sed *mutuam* potius et *exactam* *aequalitatem*, quae inter utramque constituta est, integrum semper et illibatam seruet. Illam enim iniuitatem, cui nonnulli interpre-

b

tum



tum dediti sunt, in Capitul. Art. II. §. 6. sapientissime admonitum est, seditiones, discordias, dissidentiam et rixas parere in imperio et commouere, pertinetque huc etiam quodammodo, quod To. II. ACT. PAC. WESTF. p. 683. sq. legere me olim memini:  
*es rüben die historici Churfürst Augustus zu Sachsen deswegen böchlich, daß er gesagt, er könnte darzu nimmermebr ratzen, daß man in dem Religions-Frieden ein Loch mache, sondern seine Meinung wäre, man sollte über allen Claußulen des Religions-Friedens steiff und veste balten, und seiner schonen, als eines Augapfels, der nicht viel leiden kan. Denn würde man es einmal zum disputiven und fremden Auslegungen kommen lassen, so würde es dabey nicht bleiben, sondern von Iabren zu Iabren mebr Zerruttung geben.*

Iam vero vt ad praefidia ipsumque modum interpretandi proplus accedam, primum omnium opus est proba et adcurata editione, cuius quidem ex tabulario impo<sup>ii</sup> Moguntino maxime instituendae DN. DE MEIERN in Praef. To. III. Act. Pac. p. 1. initio spem fecerat. Deinde autem aditū ad illud praeclusus edidit tabulas ex Holmiensi, tanta, vti in Praef. ad Ind. p. 3. confirmat, cura et diligentia, vt ab exemplo ex Sueciā ad se transmiso atque ab ipsis tabularii praefectis signato nonnisi vno loco operaē aberrassent. Evidēt non ausim hac in re viro praefantissimo obloqui, qui exemplum illud non viderim. Sed certum tamen est, ne hanc quidem editionem omnibus numeris esse absolutam. Quod vt aliquot tantum exemplis comprobem, Art. XI. §. 6. ille sic habet: *similiter concedatur Domino Electori expectantia in Archiepiscopatum Magdeburgensem, ita quidem, ut quandcumque morte aus Successione in Electoratu vel quacumque alia Successione praesentis administratoris etc. Quo loco in C. I. P. A. p. 784. ad verba:*  
moris

■■■■■

*morte aut successione*, notatum reperio: *Obrecht, Henniges et de Meiern legunt tantum successione*. Sed non satis adcurate. Obrechtum quidem nunc ad manus non habeo, ut inspicere possim: sed Hennigesius tamen ac Meierus vtrumque habent, ac recte quidem, quoniam, nisi vtroque verbo a pacificantibus positio, tota res facile inanis fieri potuisse. Aliud potius apud eos mendum est scripturae. Nempe pro *alia successione* poni debebat *alia concef-  
zione*. Ostendit hoc BOEHMERVS V. A. de ind. et nat. expect.  
et inuest. feud. c. I. §. 23. ex actis et editione Monasterensi, ha-  
betque etiam hanc vocem, quae mature corrupta, sed iam ab  
HOFMANNO reposita fuit, editio adhuc Elzeviriiana. Sed maius  
adhuc vitium apud illum videor mihi deprehendisse in verbis  
Art. V. §. 29. *cum clevo intra praedictum terminum non introducto*,  
omissa quippe particula *cum*, quam sensus postulat, et reliqui  
omnes habent, ac nisi vehementer fallor, (per incuriam enim in-  
ter legendum auctorem non notaui) Arkenholzius V. A. in ipso  
exemplio Holmiensi esse aliquando testatus est. Igitur aut operae,  
quibus ille in describendo usus est, errarunt, aut in antigraphum  
Holmia adlatum illa irresperunt, aut etiam in archetypo Hol-  
miensi ipso falsae quaedam lectiones occurrunt, cum DECKHER-  
RVS Conf. for. lib. I. c. II. n. 64. sqq. iam notauerit, pluribus  
locis exempla inter se discrepare.♦

Hinc optabile quidem fuerit, ut viro cuidam probo et dili-  
genti copia fieret inspiciendi et excutiendi exempla pacis omnia,  
quae in tabulariis Germaniae, Galliae et Sueciae seruantur, quo  
posset tandem exinde perfecta quaedam et absoluta editio institui.  
Sed ea res aut numquam futura aut maximas saltem difficultates  
habitura videtur. Itaque aliis, quae haberi possunt, remedii



vtendum est, adeoque praeter editionem Meierianam, quae sane magnam habet fidem, in constitudo textu locisque ambiguis, vt priore illo exemplo vidimus, redeundum ad acta et commentarios Legatorum, multis tamen magnisque adhibitis cautionibus, de quibus in sequenti dicetur. Tum vocanda sunt in auxilium editiones antiquae, in quibus principem tenet locum ea, quae Monasterii An. 10 CXLVIII. publice prodiit atque a BOEHMERO d. I. p. 30. diligentius descripta fuit. Tractandae etiam post illas seruato temporis ordine recentiores, quoniam, si ex omnibus curiose conquisiueris, quibus inter se discrepant, maxima minima, originem et auctorem lectionis dubiae statim sciueris, adeoque menda multa vltro agnoueris ac vera a falsis, genuina a spuriis facile discreueris.

Neque dixerit aliquis, hanc esse inanem diligentiam aut anxiā sollicitudinem. Etenim, ne a similitudine reliqui iuris argumentum petam, aut ad demonstrandam eius necessitatem MOSERI Viri Perill. auctoritate in *der Staatgramm.* p. 8. sqq. vtar, per se intelligitur, facile fieri posse, vt vel vno verba corrupto omissione caput aliquod totum inuertatur. Itaque illa integritate textus eo magis est opus, quo longius subinde ab acetate pacificationis progredimur, quoque magis adeo, pluribus instituendis editionibus, formula pacis corrumphi potest. Probant hoc exempla. paullō ante adlata, sed libet vnum adhuc deligere. Ita quidem apud HENNIGESIVM Art. IV. §. 24. de Domo Wurtenbergica scriptum: restituatur etiam in omnia et singula saecularia atque ecclesiastica bona et iura inter hos motus ubicumque possessa, interque etc. Miratur SCHVMANNVS V. C. in C. I. P. A. p. 749. illud inter, sequē causam huius lectionis intelligere negat. Mendoza vox est, substituta,

stituta, ut probabile est, ex inséquentibus pro *ante*, quod est apud antiquiores atque ipsum adeo BVCKISCHIVM. Dixit iam de hoc errore MOSERVIS in Miscell. iur. hist. P. I<sup>r</sup> p. 35. atque HOFMAN-NVS de independ. iur. circ. sacr. p. 13. qui quidem hac de re ita scribit: *ex restituta iam a B. Hofmanno aliisque cumprimis Engauio et Dn. de Meieren voce ANTE loco INTER hic Ducatus eodem cum restitutis ex capite amnestiae generalis termino decretorio gaudet.*

Sed est etiam caendum, ne locum paullo obscurioreni statim corruptum putes, aut varietatem lectionis sine causa quacras et amplectaris. Accidit hoc quibusdam in verbis Art. V. §. 53. *Cae-  
farea Maiestas mandabit, ut cause ecclesiasticae, ut et politicae inter  
Catholicos et A. C. status, vel inter hos solos vertentes, vel etiam quando Catholicis contra Catholicos status litiganibus terius inter-  
ueniens A. C. status erit, et vicissim — ad electis ex utraque religione  
pari numero Assessoribus discutiantur et iudicentur, in quibus qui-  
dem interpretes varie haeserunt.* Sed lubet hac de re in primis adiucere, quae Adscitores Euangelici in Camera imperii To. XXVII.  
der STAATSC. p. 28. scripserunt: *aus der expression: inter hos solos  
vertentes, mag nichts widriges ad inducendam quamdam in hoc passu  
inter A. C. addicatos et Catholicos status diversitatem inferirt werden.*  
*Denn zu geschriveigen, daß in etlichen Exemplarien, benanlich denie-  
nigen, so in dem theatro pacis, wie auch in dem An. 1701. zu Cassel  
edirten Volumine legum imperii fundamentalium befindlich, die par-  
ticula hos nicht anzutreffen, und dergestalt die expression: vel inter  
solos vertentes, ad utroque sich deutlich referirt: so ist es auch an-  
dem, wann gleich die particula hos, wie etliche andere Editionen  
lauten, zu consideriren seyn möchte, daß dennoch in Erwiegung der  
durch den Frieden-Schluß intendirt und bevestigten gänzlichen Par-  
fica-*



*fication der A. C. Verwandten und Catholischen, solche expression  
sich ad utroque verstehen müsse; zumal nicht ungewöhnlich, daß wan  
in una oratione zwey verschiedene zusammengefügt, beyde wiederumb  
in der folgenden enunciation per pronomen HOS complectur werden etc.*  
Haec posteriora recte. Seruanda vocula, quam optimae editiones  
omnes habent, neque exinde tamen, quae HENNIGESIO ipsi in Me-  
ditt. ad I. P. p. 771. sqq. videbatur, inaequalitas aliqua Euangelico-  
rum et Catholicorum oritur. Quod ne dicam ex verbis ipsis, certe  
ex Ord. Conf. Imp. aut. tit. I. §. 2. evidens est: *tbun auch hiemit  
befehlen, daß sowohl geistliche als auch weltliche Sachen, so zwischen den  
Catholischen und Augspurgischen Confessions-Verwandten schweben,  
oder auch wann Catholische wider Catholische streiten und der tertius  
interveniens ein Augspurgischer Confessions-Verwandter ist: und bin-  
wiederum, wann der Streit zwischen der Augspurgischen Confession  
zugethanen Ständen wäre, und der tertius interveniens ein Catholischer  
seyn würde, mit Zuziehung beyderseits Aßestorn in gleicher Anzahl er-  
örtert und entschieden werde etc.*

Per quam occasionem admonere lubet, optandum esse, vt,  
quod in pacificatione To. V. ACT. PAC. p. 321. nonnulli rogabant,  
utroque sermone, latino et germanico, formula pacis perscripta  
fuerit. Sed nunc quidem versionem authenticam non habemus.  
Nam quae statim post pacem initam diuulgari coepit, ea quidem  
facta est priuatum tanta incuria socordiaque, vt auctore DN. DE  
MEIERN in Praef. To. III. p. 1. per edictum aliquod Moguntini  
inter libros prohibite lectionis in Germania referretur. Itaque  
auctor suasorque sim interpreti P. W. inspiciendi in locis dubiis et  
ambiguis commentarios pacificantium, si quod forte caput, vt sunt  
sane multa, Germanice scriptum ibi reperiatur. Sed ea in re faci-  
lis

lis est lapsus, seruandaeque adeo regulae, ad quas usus actorum et  
commentariorum in sequentibus dirigetur. Nec desunt vero etiam  
plura eius generis remedia interpretationis. Nonnumquam enim  
aliae leges et constitutiones vernaculae sermone scriptae lucem  
pacis formulae adfundunt, quemadmodum quidem tum illo, quod  
modo laudauit, exemplo adparet, tum aliis quoque demonstrari  
potest. HENNIGESIVS quidem in Medd. ad I. P. p. 1686. sqq.  
mirifice se torquet in explicandis verbis Art. XVII. §. 4 qui legitima  
modo supra conuento et sine excessu facta restitutione, sine legitima  
causae cognitione et ordinaria iuris executione restitutum de novo gra-  
uare tentauerit, poenam fractae pacis incurvat, nescius quippe, quo  
tandem legitimam illam causae cognitionem et ordinariam iuris execu-  
tionem referat. Sine causa, si quid intelligo. Adponam eadem de  
re verba R. I. N. §. 6. et locus erit planissimus: noch jemand Macht  
und Fug haben soll, einen, so das Seinige nach Inhalt des Frieden-  
Schlusses ordentlicher rechtlicher Weiß und ohne Excess wieder erlangt,  
außerhalb rechtlicher Erkanntheit aufs neue zu beschweren etc. Haec  
dum scribo, venit in mentem, quaerere, annon etiam ad interpre-  
tandum prodest quidquam possit lectio pacis Oliuenfis, quam qui-  
dem ad exemplum Westfalicae effictam et expressam esse in ACT.  
PAC. OLIV. To. II. p. 637. sqq. copiosius demonstratum fuit. Facta  
quidem est paullo post Westfalicam inter eos, quorum plerique hu-  
iis erant participes, ac videtur adeo fieri posse, ut exinde interpres  
nonnumquam sensum loci cuiusdam ambugi, v. c. de sponsione  
pacis, non demonstret quidem, sed ipse tamen, si sit felicis ingenii,  
probabiliter auguretur ac deinde aliis rationibus confirmet.

Sed video latius expatriari disputationem. Itaque reliqua per  
aliam occasionem scribendi proxime persequar. Vocat me nunc  
folle,

solemnitas diei XIII. Aprilis, quo quidem munus a SERENISSIMO  
INDVLGENTISSIMOQVE ALEXANDRO nostro, Amore ciuium,  
Patre patriae, Pio, Felici, Iusto, mihi peregrino atque hic terra-  
rum plane ignoto homini praeter omnem opinionem aut exspe-  
ctionem meam in hac Academia impostum rite et ex instituto  
maiorum adibo. Evidem quam rationem hucusque per omnem  
vitam meam Academicam tenuisse mihi videor, vt re potius  
quam verbis sensa animi demonstrarem, nihil vnuquam nouarum  
rerum molirer aut affectarem, fauorem audientium illicitis artibus  
non auccuparer, obrectationes et iniurias, si quae essent, sperne-  
rem, nonnumquam riderem, verbis factisque lacefferem neminem,  
sed quemque potius officiis, studiis modisque omnibus, quantum  
fieri posset, deuincire mihi et conciliare cuperem: eam etiam  
in posterum in hac Academia atque in hoc munere gerendo forti-  
ter et constanter tenebo, daboque operam, vt integritatem ani-  
mi, probitatem, fidem et concordiam propemodum per speciem  
quamdam superstitionis venerari et colere videar. Sed celebra-  
nda est etiam beneficentia PRINCIPIS, collaudandus et praedican-  
dus fauor eorum, qui Academiam curant, explicanda ratio, quam  
in tractando iure et hucusque fuerim sectus, et posthaec quoque  
fecuturus sim. Itaque amplissimis humanissimisque verbis rogo PRO-  
RECTORREM ACADEM. MAGNIF. ILLVSTRIS. COMIT. PROCAN-  
CELLAR. ILLVSTR. cum reliquis diuinae humanaeque sapientiae  
magistris, patronis et amicis Academiae ac generofissimis ornatisissi-  
misque commilitonibus, velint dicto die orationi aditiali frequentes  
interesse, dicentemque patrocinio, fauore ac beniuolentia complecti.  
Quod si mihi contigerit, magno me beneficii et humanitatis genere  
deuinatum sibi obstrictumque habebunt. P. P. in Academia Fride-  
rica Alexandra Dominica Quasimodogeniti A. C. ccccclxxi.

**ULB Halle**  
007 368 429

3



vD78





**Farbkarte #13**

**B.I.G.**

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

Centimetres

Inches

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

3

DE  
INTERPRETATIONE  
PACIS WESTFALICAE  
COMMENTATIO I  
ORATIONI ADITIALI

A. D. XIII, APRILIS A. C. CCCCLXII

HAB

## P R A E M I S S A

A

D. CAR. HENRICO GEISLERO

CONS. PRINC. AVL. ET PROF. IVRIS PVBLICL

ERLANGAE

EX OFFICINA WALTHERIA

